



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Hammense Monasterium, inter Aeriam & Liliariam, Artesiae opida.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**



à Caluimianis pœne funditus est euersum; loci vero huius monachi hodie Brugensi in vrbe agunt, pacatiora aliquando tempora exspectantes.

Hariulfus  
Abbas  
Aldebur-  
genfis,

Ceterùm inter Abbates Aldeburgenses olim Hariulfus emicuit, qui vitam S. Arnulfi Sues- sionensium Episcopi litteris consignauit, quæ manuscripta exstat integra in Vrsicampo, Ord. Cisterciensis monasterio, apud Nouionum Picardie urbem, cuius hoc est initium: Domino Lamberto Dei gratia Tornacensi Episcopo filiorum vltimus Hariulfus. Hanc ipsam Surius To. IIII edidit sed præfatione triplici omiffa

Arnoldus  
Wionus.

Huius etiã Aldeburgensis cœnobij alumnus fuit Arnoldus Wionus patria Duacensis, qui bellis ciuilibus apud Belgas renascentibus, in Italiam se contulit, optimequẽ de vniuersa familia Benedictina est meritus, libris aliquot, de illius origine, progressu ac viris illustribus, in lucẽ editis, quos Ligni vitæ titulo prænotauit.

## H A M M E N S E

Monasterium, inter Aeriam & Lilariam,  
Artesia opida.

An. 1018.

**I**Oannes Bertinensis Abbas XXXIX. consecratus est an. Domini millesimo octogesimo primo. Huius Abbatis anno tertio Baldwinus Ghisnarum Comes, & Ingelramus Lilariensis Dominus à peregrinatione S. Iacobi redeuntes per Pictauiam, hospitati sunt in monasterio



nafterio Carofenum. Et videntes ibi religionem bene vigere, de monachis Carofenfibus fecum ad has partes adduxerunt. Et quidem Balduinus Andrenfe, Ingelramus vero Hammense monasteria in honorem S. Saluatoris fundauerunt, an. Domini millesimo octogefimo quarto. *Sic Iperius in Chro. MS. Bertinensi. Cui Meyerus in Annalibus Flandriae fufcribit:*

Anno clō. LXXXIV. Balduinus Comes Ghifnensis, & Engerannus Lilariensis, reuerfi ex Hispania à Compostella D. Iacobi, monachos fecum deportauerunt ex monasterio Carofensi in Pictonibus, permiffuque Gerardi Morinorum Epfcopi, Ghifnensis Andriense, Lilariensis verò Hammense condidit cœnobium. *Hactenus Meyerus. Haud abs re fuerit hoc loco subnectere foundationem cœnobij, Capellensis seu Merkenfis, ex Iperij eiusdem citato Chronico:*

Anno Domini millesimo nonagesimo Eustathius Boloniae Comes, & vxor eius Ida parentes ac genitores illius clarissimi atque illustrissimi Godefridi de Bullione, ac Balduini postea Regum Hierusalem, fundauerunt monasterium B. Mariae de Capella, intra terminos de Merck, iuxta Calesium, in loco, qui prius dicebatur Broucham, & monachos ibi Hammenses instituerunt. Vbi & ipsa Ida Comitissa XI. de capillis B. Mariae virginis, quos ab Hastulfo Rege magnis precibus impetrauerat, cum alijs Sanctorum reliquiis obtulit. *Idem tradit Meyerus in Annalibus Flandriae.*

An. 1084.

*Cœnobij B. Mariae Capellensis seu Merkenfis origo.*

Porro



Cap. 19.

Porro Merckense seu Capellense hoc cœnobium secundo ferè milliari à Caletto olim situm, postea adiunctum est cœnobio Morinensi S. Ioannis in Monte, de quo supra diximus.

## S. DIONYSII

Monasterium, in Broqueroia, secundo lapide à Montibus Hannonia metropoli situm.

Obijt illa.

An. 1086.

**R**ichildis Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, & filius eius Balduinus, pijs operibus & eleemosynis intendentes, in suo alodio Ecclesiam S. Dionisij construxerunt, in qua monachos S. benedicti instituerunt, & ipsam villam, multisque in locis terras cultas & incultas, silvas, & aquas, & prata, seruos & ancillas eidem Ecclesiæ contulerunt, & qua potuerunt libertate, atque honore adfecerunt. In diebus illis Montibus Hannoniæ in Ecclesia sancti Petri tredecim erant canonici, quorum præbendæ ad donationem capituli sancti Germani, eiusdem vrbis, pertinebant. Vnde Richildis Comitissa, & Balduinus eius filius tantum effecerunt, vt illæ præbendæ in vsus monachorum sancti Dionysij conuerterentur. Et cum omnes oblationes altarium Montensium, & Capellaniarum ad Sacellanos sanctæ Vualdetrudis, scilicet ad Canonicos sancti Germani, excepto monasterio S. Petri, pertinerent, compositum

tum